



LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
vota Fratris Nostri
Didaci Coletti, Episcopi Comensis,
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica
facultatem facimus ut
Venerabilis Servus Dei
NICOLAUS RUSCA,
martyr, sacerdos dioecesanus,
pastor secundum Cor Christi,
prorsus animarum bono deditus,
pro quibus propriam vitam tradere non haesitavit,
Beati nomine in posterum appelletur,
eiusque festum
die quarta mensis Septembris,
qua in caelum natus est,
in locis et modis iure statutis
quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum,
die undevicesimo mensis Aprilis,
anno Domini bismillesimo tertio decimo,
Pontificatus Nostri primo.

Franciscus